

extraneos in ipso instituendo hæredes de dicto feudo, & in dicto feudo, & nullam mentionem habendo de dicto D. Episcopo Domino suo, ac & invito dicto D. Episcopo muniendo tunc dictum castrum de gentibus extraneis, propter quod maximum periculum eidem D. Episcopo imminerebat, & Aquensi Ecclesiæ, ne ipsa Ecclesia privaretur, & spoliaretur perpetuo prædicti castri Rochettæ; cumque & appareret D. Franceschinum de Calamandranæ patrem dicti Bartholomei tunc Vassallum Ecclesiæ prædictæ dictum castrum Rochettæ feudum dictæ Aquensis Ecclesiæ cum omnibus prædictis alienasse, & vendisse certis personis infcio Domino Ottobono de Caretto, qui tunc se gerebat pro Aquensi electo, a qua idem D. Franciscus dictum castrum in feudo habebat in diminutionem, & gravissimum detrimentum dictæ Aquensis Ecclesiæ, & D. Episcopi, & successorum ejusdem; cumque & appareret D. Jacobum de Landulphis de Papia Vicarium dicti D. Episcopi de mandato ipsius D. Episcopi nolentis adhibere rescriptum aliquale prædictis omnibus commissis per dictum Bartholomeum si adhuc nollet se habere versus eundem D. Episcopum ut rectus, & fidelis Vassallus erga Dominum suum se habere deberet; volens eundem ipsum in Vassallum detinere prout hinc retro retinuit, si de cetero esset obbediens dicto Domino suo accessit ad dictum castrum Rochettæ, & eidem Bartholomeo requisivit, & denunciavit in omnibus, & per omnia prout supra denunciavit Jacobus Loy Procurator dicti D. Episcopi, & ultra contenta in dicta denuncia, quod ad aliquam compositionem non perveniret cum aliqua persona occasione conveniendi in aliquo super facto dicti castri sub pœna privationis dicti feudi, & totius ejus quod ab Aquensi Ecclesia detinebat. Et prædictum Bartholomeum respondisse perseverando in malitia sua, & in infidelitate, & illegalitate ipsius contra dictum Dominum Episcopum Dominum suum, quod dictum hominem nolebat eidem D. Episcopo dare, nec ipsius manibus ponere, sed volebat attendere quæ promiserat certis de Alexandria, & quod ipse dimitteret se ante trabucari, quam dictum hominem de Bruno daretur dicto D. Episcopo, & quia ista non erat bona via, quam tenebat idem D. Episcopus, quia quum vellet, ostenderet bene, sicut dictus D. Episcopus, nec Aquensis Ecclesia nullum jus habent in dicto castro Rochettæ, ut de prædicta detentione requisitus, & responsione patet, publico instrumento recepto per me Notarium infra scriptum prædictis millesimo, & indictione die nona decembris. Et etiam appareret eundem D. Episcopum prædictam denuntiam, acta, & requisita per dictum Vicarium suum ratificasse, & approbasse in quantum faciunt pro ipso, & pro Aquensi Ecclesia, & non aliter, nec alio modo, ut patet publico instrumento recepto per me Notarium infra scriptum prædictis millesimo, & indictione die 10. decembris, & similis requisitio foret facta de mandato dicti D. Episcopi dicto Bartholomeo, per quam plures homines de Bistagno ..., quæ omnia, & singula penitus redundant in obprobrium, & maximum detrimentum dicti D. Episcopi, & Eccle-

siæ antedictæ. Et de cetero fortius, & gravius de facili possent redundare, propter quæ commissa per dictum Bartholomeum, idem Bartholomeus contra formam dictarum denuncia, & fidelitatis factæ per eum dicto D. Episcopo, & in tantum quod ipso jure privatus est a dicto feudo dicti castri, & omnium prædictorum, & pro privato perpetualiter teneri, & haberi debet, ac etiam totius juris quod haberet in aliquibus aliis bonis Ecclesiæ antedictæ, ac etiam privatus fuit, & pro privato declaratus per dictum D. Episcopum, ut de prædicta privatione, & declaratione constat publico instrumento recepto per me Notarium infra scriptum prædicti M., & indictione, die XVIII. decembris: ecce quod præfatus D. Episcopus prædictis omnibus diligentissime examinatis, & consideratis, & matura deliberatione sæpe, & sæpius prehabita in prædictis habito etiam colloquio eum quam pluribus jurisperitis dubitans prædictis omnibus rationibus, & qualibet earum ne Ecclesia antedicta majoribus damnis afficiatur, & in posterum prægravetur, ac etiam ne feudo dicti castri, & prædictorum omnium totaliter deludetur, & specialiter propter infidelitatem, & illegalitatem dicti Bartholomei attendens dictum Bartholomeum fore de jure privatum a feudo dicti castri Rochettæ, & omnium prædictorum, & pro privato perpetuo fore censendum, ac etiam dictum castrum cum omnibus possessionibus, & ceteris pertinentiis eorundem cum mero, & mixto imperio ad Aquensem Ecclesiam prædictam, & præfatum D. Episcopum juridice devolutum, & apertum, & pro devoluto, & aperto haberi volens, suorum prædecessorum Episcoporum Aquensium vestigia in bonis imitari, & acquisitum, atque relictum prædicto D. Episcopo per dictos suos prædecessores thesaurum incomparabile amicos, & fideles videlicet, & dictum castrum, & feudum antedictum cum prædictis hominibus, possessionibus, rebus, & omnimoda jurisdictione nobiles viros Dominum Oddonem ejus fratrem, & filium quondam D. Jacobi Marchionis Incisæ, nec non D. Joannardum filium quondam D. Raimondini ex Marchionibus prædictis recipientes ejus proprio nomine, ac nomine, & vice D. Alberti fratris ipsius D. Joannardi, & ut fratris ipsius Joannardi, & ut fratris, & tamquam conjuncta persona ipsius, pro quo de rato habendo promisit sub obligatione honorum dicti Joannardi omnes ex Marchionibus Incisæ; per se, & hæredes eorum masculis tantum legitime ex eis descendentes ibidem personaliter præsentibus appositis in terram præsentem investituram a præfato D. Episcopo pro se, & pro Ecclesia Aquensi faciente, & devote suscipientes, ac mero, & mixto imperio cum omnibus singulis superscriptis cum eorum pertinentiis in integrum in nobile, & gentile feudum, & antiquum cum uno annulo aureo, quam in manibus tenebat dictus D. Episcopus pro se, & vice Aquensis Ecclesiæ, & successorum suorum in dicta Aquensi Ecclesia Canonice intrantium solemniter investivit; videlicet dictum Dominum Oddonem pro medietate pro indiviso, & dictos Dominos Albertum, & Joannardum pro alia medietate, ita quod undique habeat, & sapiat vim, & natu-